

Dum ⁊ parentes hoc cernerent · quidnam in
de agere possent ignorantes abierunt ·
Consilio autem inito · uenerunt et beatae me
moriae prodecessore meo iosappo ep̄ · cu
insedan successi · puellam presentauerunt ·
quae eam arguere studuit · et in omnium con
spectu ut alimentum sumeret cogit · Illa
autem quasi quisquilias cibum porum q. respu
ens · Nequaquam famem sentire se profitet ·
Unde et accidit · inauditum et mira · q.
sine alimento annum fecit integrum · et
tamen operationem manuum non intermisit ·
Faciem quoq. tamen ex cibi refectione pallidam habebat · Cuidam autem diuino spiramine insomno reuelatum est · Ut puella ad sepulchrum dimartyris deduci debuisset · quatinus remedium ibi corporale mereretur percipere · Quod dum parentes eius ob longa itineris spatia recusarent · aduenerandum locum ubi martyrio coronatus est puellam perducere satagunt · Quae dum ecclesiam esset ingressa · et prostrata interiorasset · statim intimis cordis animus edendi aderat · tantum uelocitur surgens panem ad manducandum subcelerate postulauit ·
Cumq. esset adductus · cum gratiarum actione percepit · et tanta uoluntate comedit · Ac si cibus nullo umquam tempore fuisset prohibitus · Sed quid aliud in hoc miraculo intelleger[e] dum est · nisi quia aperte martyris merita dis ostendere uoluit · Cum puella tam diu ieuna ad ecclesiam ubi ipse minime ueuerat licentiam accepit comedendi · Quod beati dimartyris meritis et oratione nemo debet dubitare · quo cognoscitur cuius honoris gloria fulgeat in celo · cuper eius dignitatem · tot miracula corruscant in terra · Nam de ceco ipse uerius in · cum adiscipulis inquireretur cur natus esset · Nec proprio delicto · nec parentum hoc contigisse affirmat · sed ut opus dei manifestaretur in illo · Iuxtaque predicte puelle estimo in miraculo contigisse · Quatinus circumstantes crederent quod eodem patrono interuenente · possint delicta dimitti · Sicut et quepermanet ipsi dicit huius uirtutis miracula · uel quae ratione fidelium cognouit · quibusue cotidie adhucerga corpus eius miraculis uirtutes claescunt insignes · Stilus scribentis uetustatis nonualet enarrare · Sed ea quedictata habemus · hucusque obreuiter tam beati huius martyris hanc propriolabore desudauimus · Ipsum quenerando supplicter imploramus · ut intercedendo misero cyrino subueniat peccatori et quo ipse cum gloria intrauit · eum mereamur uniri · Per dnm nrm iesum xpm filium tuum qui tecum uiuit et regnat in secula seculorum · Amen ——— ·

EXPLICIT PASSIO SCI HEMMERAMI

In alio codice geneniis passio sancti hemmerami de

Omeramo
Se Cyrici mis
Gaudentii arcie
Germani epi
Lopi mis
Gall esp
Marie egipciace
Theophili vice dni
German epi